



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 38. Quædam theses a Regio Senatu proscriptæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII.  
A. C. 1733.

§. XXXVIII.

*Quædam Theses à Regio Senatu  
proscriptæ.*

Quamquam Ludovicus XV. Franc  
Rex novos populi tumultus  
timefcens, Parlamenti sui audac  
exilii pœna rursus plectere nollet,  
tamen ab immoto suo remisit studi  
quo Sacræ potestatis jura laicorum  
nibus attrectari vetuit, enatasque  
controversias soli suo judicio refer  
vit. Eapropter cum anno prior  
trigesima prima Decembris Joann  
Stanhucan Limericensis in Hyber  
Presbyter, & Parisinæ Facultatis  
Theologicæ Baccalaureus octo the  
de Sacræ & civilis potestatis limit  
Præside Magistro ac Sorbonæ Doct  
Joanne Leullier propugnandas susce  
ret, mox Mense Januario hujus  
præfatæ Facultatis Syndicus in Re  
Senatus, & Parlamenti Curia com  
rere jussus est, rationem redditur  
qua de caussa ejusmodi Theses des  
permississet, cum tamen jam ann  
jus sæculi trigesimo primo per sanct  
ris Senatus decretum omnibus Un  
versitatibus, cunctisque Facultatib  
severe inhibatum fuisset, ne ejus  
disputationes ibidem institui conce  
re



rent. Auditis Syndici excusationibus Sæc. XVIII.  
 non modo Parlamentum, sed & Regis A. C. 1733.  
 Senatus has theses suppressit, cunctaque earum exempla ad Regni Cancellarium deferri iussit. Idem fatum subiere theses, quas Meroniontus Theologiæ Baccalaureus in Sorbonæ Aula die nona Februarii publice tuebatur; altera enim die Regii Consilii decreto suppressæ fuerunt, ac Facultati interdictum, ne deinceps publicæ concertationi exponi permetterent ejusmodi thesseras, quibus pristinæ innovari possent controversiæ, præcipue cum Rex sibi reservasset, tam Sacræ quam profanæ potestatis jura defendere.

§. XXXIX.

*Binc propositiones ad Parisinam Facultatem delatæ.*

Eodem hoc anno die prima Martii Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis consueta sua habuit comitia, in quibus Magister Machetus exposuit, præterito Mense in Collegio Grassinæo a Roberto Basselino Baccalaureo Theologiæ, & Professore Philosophiæ publice propugnatam esse hanc thesin: *Nullus ipsorum infantium, cui denegatur æterna felicitas, non propter prævisam conditionate, hoc est, si vita suppeditavis-*